

PREÆFATIO

gnantes, atque ita fœcundatæ in terras suos dimittant foetus, de quo videatur Voss. de Orig. & progr. Idololatr. l. 2. c. 35. in f. Jam verò & illud constat, vilceræ & concavitates terræ, latenter sæpe calorem & ignem fovere, qui magna vi subinde erumpens scipsum satis prodit. Magno hominum usu id thermæ evincunt, ingentiq; ve accola- rum terrore Vesuvii, Aetnæ, Heclæ incendia dictis addunt fidem. Hic calor si locum bene clausum, convenientemq; ve materiam in sinu terræ offendit, exhalationes sive vapores quosdam & quidem pingues & viscosos inde elicit, qui elevati & corpori frigido allapsi in humo- rem resolvuntur, resoluti destillant, optimamq; ve pingviorem ter- ræ partem sibi jungunt, idque calor continuat & massam hanc tamdiu agitat, foveat, disponit, donec aptam reddat ad recipiendam aliquam formam metalli. Hinc patet causam efficientem metallorum tam a- strorum influxum quam calorem esse & dici posse, ita tamen ut quod libet diverso numero munere in producendo effectu fungatur. Et si enī non minus à calore quam influxu illo dependet effectus, neu- tra tamen causa absque altera illum nobis valet exhibere, quas cau- sas partiales sive socias Philosophi vocant. Materiam ex qua cum iū- dem duplēm faciant, remotam & proximam, quando exhalatio- nem sive vaporem pinguem, viscosum, & cum subtilissima terræ par- te exactissimè mixtum materiam metallorum esse diximus, non hanc sed remotam voluimus denotare. Proxiima namq; principia, sive materiam metallorum proximam cum Chymicis Sulphur & Mercurium sive argentum vivum statuimus, idq; maximè quod sensus & experientia illorum sententiam confirmet. Scilicet calor ille in terræ visceribus illum, quem diximus, ex vapore pingui humorem cum terra exactissimè mixtum disponit, foveat, agitat, præparat, donec sul- phureum quid redoleat, & argentum vivum referat, immo sulphuris cum argento vivo exactissimè mixti induat naturam. Dari enim certos quosdam gradus & quas terminos perfectionis cujusq; rei, cum nihil quod esse incipit exactum undiq; sit, nemo, reor, inficias ibit. Neq; verò hic longius digrediendum. Ad sensum & experientiam pro-